



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Semicenturia Variarum Resolutionum Moralium Pro Foro Interno, Atque Externo

Heislinger, Anton

Monachii, 1745

Elenchus Rerum & Verborum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40155



Elenchus Rerum & Verborum.

Absolutio Acaetholici in articulo mortis.

AD licitam Acaetholici absolutionem quænam sint necessaria? Fol. 515. n. 1.

Juxta Tridentinum peccata distinctè ac singillatim sunt explicanda. fol. 516. n. 5.

Quæ tamen distincta explicatio non est in omnibus circumstantiis necessaria. fol. 516. n. 6.

In administratione Sacramentorum dari possunt intentiones solum implicite, ac materialiter contrariæ, fol. 517. n. 7.

Uti etiam in volentibus absolvi. fol. 518. n. 8.

Quomodo intentio moribundi possit colligi. fol. 519. n. 10.

Adulterium.

Ultero consentienti in adulterium nulla restitutio debetur. fol. 195. n. 14.

Nec etiam illius marito pro sola

injuria ante sententiam Judicis. fol. 195. n. 15. & 16.

Ob subsequentem partum facienda erit restitutio etiam ab ipsa adultera. fol. 196. n. 17.

Quandonam proles sit pro spuria habenda? fol. 196. n. 18.

Afylum.

Occidens aliquem in una Ecclesia, si confugiat in aliam, probabilius gaudet asylo, fol. 422. n. 13.

Benedictus XIV. Quidnam circa hoc in sua Bulla deciderit. fol. 423. n. 14.

Episcopo competit jus decidendi, num quis gaudeat asylo. fol. 424. n. 15.

Sæculari Judici competere potest aliqualis cognitio per viam facti ad informationem. fol. 424. n. 16.

Ante recursum ad ordinarium confuga extradi non poterit. fol. 427. n. 19.

Nec

Elenchus Rerum & Verborum.

- Nec à Religiosis exemptis, fol. 427. n. 20.
Nec sufficit tacitus consensus, fol. 427. n. 21.
Etsi jurata cautio de immunitate pœnæ sit Ecclesiæ facta, fol. 430. n. 23.
Ex vinculis se eripiens si ad Ecclesiam confugat, gaudet a sylo. fol. 433. n. 1.
Liberè ex a sylo exiens potest à Judice capi. fol. 435. n. 4.
Non autem necessitate exiens. fol. 435. n. 5.
Vi extractus est Ecclesiæ restituendus. fol. 435. n. 6.
Item asylo deferens ex gravi injustæ occisionis, aut extractionis metu. fol. 436. n. 9.
Ad promissam à Judice immunitatem exiens immunis à culpa erit. fol. 437. n. 10.
Quid, si dolosis verbis deceptus exierit? fol. 437. n. 11.
A Parocho inductus, quòd non gaudeat a sylo, probabiliter immunis erit. fol. 438. n. 12. & 13. & 439. n. 15.
Taliter egrediens non poterit puniri etiam sine omni protectione Cleri, vel Episcopi. fol. 440. n. 16.
Non potest extradi confuga, licet pœna mortis in corporeū mutata fuerit. fol. 443. n. 18.
Persuaderi tamen poterit, ut ultro exeat. fol. 442. n. 19.
An in actuali Ecclesiæ furto deprehensus gaudeat a sylo. fol. 447. n. 1.
Quænam ex a sylo extractio sit violenta? fol. 450. n. 9.

Beneficium.

- Quodnam Beneficium pro tenui sit habendum. fol. 295. n. 1.
Etiam tenue beneficium ad horas Canonicas obligat. fol. 295. n. 6.
Et ad implendam eidem impostam obligationem. fol. 297. n. 7.
Nullos fructus percipiens non habet beneficiū fol. 297. n. 7.
Ex pluribus insufficientibus beneficiis sufficientem sustentationem recipiens, accipit justum stipendium. fol. 301. n. 14.
A Breviario non est exemptus, qui ad alia quoque onera est obligatus. fol. 301. n. 15.
Ad quid talis Beneficiatus omittis horis sit obligatus. fol. 302. n. 16.
Non perfectè possidetur primo anno

- anno beneficium, si ejus reditus eidem non applicantur. fol. 302 n. 18.
- Ab horis non excusatur, qui munerata cetera datis suis redditibus alii obeunda relinquit. fol. 303. n. 20.
- Uti nec minorennis, qui legendas Missas aliis relicto eisdem stipendio commisit. fol. 304. n. 21.
- Diversitas beneficiorum explicatur. fol. 307 n. 1. & 2.
- Qualis Parochia cum Conventu Regularium unita Vicarium manualem admittat? fol. 309. n. 8. 9. 10.
- Ad voluntatem conferentis absque legitima causa beneficium manuale revocari potest. fol. 309. n. 11. & 12.
- Est tamen juxta honestatem tantum removendus, si oportuerit. fol. 310. n. 13.
- Amotio sine causa subsistit quidem, est tamen illicita. fol. 312. n. 18.
- Quænam sit rationabilis causa? fol. 313. n. 19. 20. 21.
- Communio Paschalis.**
- Quid sub nomine discretionis in cap. cum utriusque sexus intelligatur. fol. 400. n. 3.
- Nulla certa regula pro pueris septennium completum numerantibus præscribi in hoc puncto poterit. fol. 401. n. 4.
- Extra articulum mortis ad sumendam Eucharistiam non obligantur pueri, licet sacrum hunc cibum à naturali sufficienter discernant. fol. 401. n. 5.
- Usu rationis ad confitendum sufficienter præditi non eo ipso statim ad Communionem sunt admittendi. fol. 402. n. 6. & 7.
- Quibusnam ante annum decimum Communioni concedi possit? fol. 403 n. 9.
- Peccare potentibus non est deneganda Communio seu Viaticum. fol. 404. n. 10 & 11.
- Sufficientem rationis usum habentes pueri in articulo mortis ad sacram Synaxim determinatè obligantur. fol. 406. n. 13.
- Indeterminatè tamen pro tempore ab Ecclesia determinato. n. 13.
- Semifatu in duplici classe dantur. fol. 407. n. 15.
- Cibum hunc à naturali discernere non potentibus etiam tempore

- pore Paschali erit deneganda
Communio. fol. 407. n. 16.
- Distinguere autem potentibus
tempore Paschali, non autem
extra hoc Evcharistia erit
concedenda. fol. 407. n. 17.
- Quidnam circa energumenos sit
observandum? fol. 408. n. 19.
- Quidnam circa surdos, & mutos
à nativitate? fol. 408. n. 21.
- In dubio de capacitate puero-
rum non datur obligatio dan-
di iisdem Viaticum, fol. 409.
n. 23.
- Poterit tamen dari, fol. 409. n.
24.
- Doli incapacibus prohibetur
porrectio Evcharistiæ. fol.
410. n. 25.
- Sufficit tamen, si hæc incapaci-
tas non constet. fol. 412. n. 28.
- Cur dubitans de statu gratiæ S.
Evcharistiam nequeat acci-
pere? fol. 413. n. 31.
- Sacramenta etiam in dubio de
suo effectu subinde applicari
possunt. fol. 414. n. 32.
- Num dubitans de jejunio natu-
rali possit S. Evcharistiam su-
mere? fol. 415. n. 33.
- Compensatio.**
Salarium instar pretii mercium
est duplex. fol. 159. n. 1.
- Non est licita compensatio,
quòd assignatum salarium
non videatur esse æquale la-
bori. fol. 160. n. 5.
- Nec quòd aliis ancillis majus as-
signetur. fol. 163. n. 6.
- Aut quòd aliæ majus exigant.
fol. 164. n. 7.
- Ancilla tenetur stare contractu
inito. fol. 164. n. 8.
- Subtractio per furta minuta etiã
sine animo ditescendi facta
non excusat. fol. 164. n. 9.
- Etiã si à sua domina ametur.
fol. 165. n. 10.
- Aut quòd singula furta minuta in
obvias statim necessitates ex-
pendantur. fol. 165. n. 11.
- Quodnam salarium certò, ac
evidenter sit injustum? fol.
166. n. 13.
- Quid famulis liceat, quibus ob
difficultatem temporum vi-
ctus minuitur? fol. 167. n. 15.
- Confessio Sacramentalis**
in scriptis peragenda.
- Ex quam obligatione Confes-
sio Sacramentalis sit in scri-
ptis peragenda? fol. 501. n. 2.
- An detur obligatio ad Confessio-
nem

- obnem in scriptis peragenda,
si illa sit valida? fol. 502. n. 3.
Valida & licita erit, si aliter fieri
nequeat. fol. 502. n. 4.
Etiam nulla necessitate urgente.
fol. 502. n. 5.
Quin tamen sit præcepta. fol.
504. n. 10.
Ex communi tamen consuetudi-
ne verbalis Confessio est per-
agenda. fol. 504. n. 11.
Qualiter sit instituenda, ut pœ-
nitens satisfaciat? fol. 504. n.
12. 13. &c.
Confessio solis nutibus, sine om-
ni verbo facta non videtur in-
valida. fol. 507. n. 20.
Ex sufficiente ratione omittens
non peccat. fol. 507. n. 21.
Sine omni tamen ratione facta
non verbalis Confessio, sal-
tem venialis erit. fol. 508.
n. 23.
Et juxta communem etiam mor-
talis. fol. 508. n. 24.
An hæc gravitas à sola consuetu-
dinis violatione proveniat.
fol. 508. n. 25.
Non potens verbaliter confiteri
urgente præcepto, tenetur in
scripto confiteri fol. 509. n. 26.
Subinde etiam ad solum suum
solatium taliter confiteri quis
poterit, si nullus pronuncia-
tionis intelligens adsit. fol.
510. n. 27.
Etiam ægrotus non potens ver-
baliter confiteri, tenebitur in
scripto. fol. 511. n. 30.
Non quælibet scriptura ordina-
tur ad publicam manifestatio-
nem. fol. 512. n. 33.
Quandonam Confessio sit scri-
benda, ne peccatum memo-
riâ excidat? fol. 511. n. 34.
Confessio Sacramentalis ad lu-
crandas Indulgentias plenari-
as diversa solet esse. fol. 523.
n. 1.
Constituto in gratia non videtur
necessaria Confessio. fol.
524. n. 2. 3.
Sacerdotes lucrari volentes In-
dulgentias non semper præ-
mittunt Confessionem. fol.
525. n. 6.
Sacra Communio est necessaria.
fol. 525. n. 7.
Si præscribuntur jejunium, elec-
mosyna erunt ista necessaria.
fol. 525. n. 8.
Tam sententia exigens, quàm
non exigens sunt probabiles.
fol. 526. n. 10.
Affirmativa est tutior. fol. 531.
n. 24.

Defloratio.

- Utro, & absque promissione matrimonii consentientem deflorans ad nihil tenetur, fol. 190. n. 2.
- Nec ipsis parentibus deflorata. fol. 190. n. 3.
- Diffamando tamen puellam tenetur ad damna inde secuta, n. 4.
- Ad quid teneatur per vim, aut fraudem puellam stuprans? fol. 191. n. 5. & 6.
- Sub promissione matrimonii inducens tenetur hanc per se ducere. fol. 192. n. 8.
- Idem de facta promissione tenendum, fol. 194. n. 10.

Donatio.

- Donationis valor à quonam dependeat? fol. 62. n. 1. & 2.
- An donatio omnium bonorum sit valida? fol. 67. n. 1. & c. & fol. 69. n. 10. & c.
- Quibus casibus perfecta donatio revocari possit? fol. 69. n. 16.
- Egrediens novitiatu donationē ante factam revocare potest. fol. 73. n. 19.

Nec in omnibus assimilatur donationi mortis causâ. fol. 73. n. 20.

Renuntiatio cum omnium bonorum translatione facta solo egressu è novitiatu revocari potest. fol. 73. n. 19.

Sine justa causa non poterit revocari facta sine translatione dominii & suspensa ad Professionem bonorum actu antea possessorum donatio. fol. 73. n. 21.

An Monasterium talem sui Novitii donationem revocare possit? fol. 75. n. 22.

Duellum.

Digladiatio alia est duellum, alia rixa. fol. 481. n. 1.

Conditiones ad duellum requisitiæ. fol. 481. n. 2.

Duellum est prohibitum jure Canonico. fol. 483. n. 9.

Juxta nonnullos etiam jure naturali. fol. 483. n. 10.

An, & quæ excommunicatio duellantium sit reservata? fol. 483. n. 18.

Facultatem absolvendi à casibus Pontifici reservatis, Religiosis concessam, extendunt aliqui ad facultatem absolvendi ab

ex-

excommunicatione ipsos du-
ellantes. fol. 488. n. 18.

Fructus.

Venditione nondum perfecta
fruges ad venditorem unà
cum periculo rei venditæ spe-
ctant. fol. 127. n. 4.

Item si res usque ad solutionem
pretii solummodo emptori e-
locata, aut in pactum reten-
tio frugum deducta fuerit.

fol. 127. n. 5.

Ad emptorem spectant per se na-
turalis rei venditæ fructus tam
maturi, quàm immaturi. fol.

127. n. 6.

Item fructus post perfectam ven-
ditionem nati. fol. 128. n. 7.

Res Altari jam debita non fru-
ctificat Domino suo. fol. 129.

n. 9.

Venditor non tenetur emptori
reddere fructus, nisi post so-
lutum pretium. fol. 129. n. 10.

Tenetur emptor ad compensan-
dum venditori damnum, ex
dilata solutione ortum. fol.

129. n. 11.

Si rem venditam, & hujus simul
periculum sibi venditor refer-
vet, etiam fructus sibi re-

servare poterit. fol. 130. n. 13.
Minimè autem ob solam dilatio-
nem solutionis. fol. 135. n. 14.

Hæreditas.

Hæreditati duobus modis resign-
nare possumus. fol. 138. n. 5.

An consensus Monasterii requi-
ratur ad valorem renuntiatae à
suo Candidato hæreditatis?

fol. 138. n. 3. &c.

Filius habet jus ad hæreditatem,
si ante patris obitum inhabilis
non evaserit. fol. 146. n. 25.

Renuntiatio ab inhabili facta in
quantum valeat? fol. 146. n.

26.

Pro quonam tempore inhabili-
tas legatarii in ultimis volun-
tatibus attendatur? fol. 147.

n. 27.

Et in contractibus inter vivos?
fol. 147. n. 28.

Mutatio statûs alienantis quo-
modo jam quæsito juri Tertii
præjudicet? fol. 150. n. 33.

Utrum Monasterium ad hanc
hæreditatem jus habeat, vel
non, pluribus examinatur.

fol. 152. n. 36.

Jejunium.

Quodnam jejunium sacrae Communioni sit praemittendum?

fol. 248. §. 1. 2.

Ecclesia requirit jejunium naturale.

fol. 354. n. 23.

Dispensatus quoad secundam refectioem, non est eo ipso dispensatus quoad comestioem carniū.

fol. 264. n. 6.

Ex duplici capite diebus jejunii abstinentia carniū est praecpta.

fol. 266. n. 7.

In universali dispensatione quoad esum carniū, his semel sumptis non datur obligatio ad omissionem secundae refectioem.

fol. 266. n. 8.

Idem tenendum in dispensatione cum persona particulari.

fol. 266. n. 8.

Præceptum jejunii quia tale est divisibile.

fol. 268. n. 10.

Quid de forensibus & vagis in hoc puncto sit dicendum?

fol. 283. n. 14.

Indulgentiæ.

Cum quam intentione sint peragenda opera ad lucrandas

Indulgentias necessaria? fol.

532. n. 1.

Ut plura opera disparata unum integrum opus efficiant, eorū connexio est necessaria. fol.

533. n. 5.

An etiam ad lucrandas Indulgentias?

fol. 534. n. 6.

Num Pontifex opus praecedens ad virtutem satisfaciendi ex opere operato elevare possit?

fol. 534. n. 7.

Exponitur discrimen inter Indulgentias pro vivis, & pro defunctis.

fol. 542. n. 1.

Plurimæ Indulgentiæ sunt solis defunctis concessæ.

fol. 543.

n. 5.

Explicatur modus, quo Indulgentiæ per modum suffragii applicentur.

fol. 544. n. 8.

Ad opera nomine Christi, aut Ecclesiæ facta non requiritur

status gratiæ, sed ad facta nomine proprio.

fol. 548. n. 14.

Tutiùs tamen suadetur status gratiæ.

fol. 548. n. 17.

Num duæ animæ eodem sacrificio è purgatorio redimi possint?

fol. 537. n. 1.

Totus fructus Missæ pro anima defuncti erit applicandus.

fol. 537. n. 1.

Ex

Ex triplici fructu satisfactorio non potest unus applicari huic animæ, alter autem alteri. fol. 540 n. 7.
Sacrificium Missæ non est infiniti valoris. fol. 540. n. 8.

Irregularitas.

Ad hanc incurrendam ex homicidio non requiritur sententia Judicis. fol. 340. n. 3.
Tam Superiorum, quàm Inferiorum Ordinum administratio est irregulari prohibita. fol. 340. n. 4.
Si dubitans de delicto etiam à jure condemnatur, delictum non debet esse moraliter certum. fol. 341. n. 5.
Dubium de alio facto, quàm de homicidio nullam inducit irregularitatem. fol. 342. n. 7.
Lex pœnalis ad solos casus expressos extenditur. fol. 344. n. 9.
Qualiter peccat celebrans in tali dubio Missam? fol. 344 n. 10.
In dubio juris non contrahitur irregularitas. fol. 345. n. 13.
Dubitans solùm speculativè de jure potest habere dictamen practicum. fol. 346. n. 14. & 15.

Dubitans de homicidio facto non incurrit reliquas homicidæ statutas pœnas. fol. 347. n. 16.
Consulens alteri homicidium postea commissum est irregularis. fol. 349. n. 19.
Hinc talis Sacerdos celebrando magnum peccandi periculum incurrit. fol. 350. n. 20.

Judex.

Dicasterium sæculare non est Judex competens Religiosi, aut totius cujusdã religiosæ communitatis. fol. 207. n. 20.

Lampas.

Conservatio laminis coram Venerabili lege, aut consuetudine debet esse præcepta ad hoc, ut sit peccaminosa. fol. 369. n. 1.
Nulla tamen de facto circa hoc lex naturalis, aut Divina habetur. fol. 269. n. 2.
Consuetudo talis conservandæ lampadis ex vario fine potuit introduci. fol. 370. n. 4. & 5.
Ex quo desumi possit intentio consuetudinis. fol. 371. n. 6.
Ob-

Obligatio talis lampadis non potest probari. fol. 372. n. 8.

Cujusnam impensis conservari hoc lumen debeat: fol. 378. n. 16.

Alendum hoc lumen erit ex portione proventuum fabricæ deputatorum. fol. 376. n. 19.

Quo deficiente Rector Ecclesiæ, & cæteri Beneficiati ex redditibus superfluis obligati erunt. fol. 376. n. 20.

An & quando patronus? fol. 376. n. 21. & 22.

Quando Decimatores? fol. 377. n. 25.

Legatum.

Legatum factum in unius solius bonum, hoc deficiente nulli alteri pauperi est erogandum. fol. 184. n. 6.

Hæredibus defuncti erit legatum tradendum, si hæres in culpabili mora fuerit. fol. 184. n. 7.

Ex voto relicta non sunt persolvenda ab hæredibus. fol. 184. n. 8.

Legatum in bonum animæ factum in alios tamen pauperes erit distribuendum. fol. 185. n. 9.

Debitorum est diversa ratio. fol. 185. n. 10.

Legatum, atque debitum sunt diversæ rationis, ac speciei. fol. 186. n. 12.

Legans vel expressit sui legati causam, vel non? fol. 186. n. 13.

Si testator causam sui legati diversam à solutione debiti expressit, etiam debitum erit persolvendum. fol. 186. n. 15.

Item si testator dicat: de bonis meis solvatur legatum. fol. 186. n. 16.

Vel si legatum ac debitum sint diversæ rationis. fol. 186. n. 17.

Ad expunctionem debiti voluntarii in dubio præsumitur legatum fuisse factum. fol. 186. n. 18.

Nisi in solo foro interno tale quid debeat. fol. 187. n. 19.

Aut debitum legale, ac necessarium sit. fol. 187. n. 20.

Hinc hæres debitum voluntarium in solo conscientiæ foro existens, ultra legatum non tenetur solvere. fol. 187. n. 21.

Neque ex ordinatione legis proveniens debitum, si legator nullam causam sui legati expresserit. fol. 188. n. 22.

Missarum fundator potuit habere diversos fines, fol. 181. n. 1.

Fun-

Fundans Missam tempore mag-
ni affluxûs aut Monialibus
legendam, juxta Tamburi-
num non intendit applicatio-
nem Missæ. fol. 181. n. 2.

In tali dubio est melior conditio
possidentis. fol. 181.

Præsumendum est tamen in tali
casu fundatio pro anima Fun-
datoris facta. fol. 182. n. 4.

Lucrum,

Quandonam lucrum ex vendi-
tione, atque emptione cesset?
fol. 110. n. 1.

Debitor constituto tempore non
solvens debet creditori com-
pensationem facere. fol. 110.
n. 2.

Uti etiam vi, aut fraude contra-
ctum extorquens. fol. 110.
n. 3.

Declarantur variæ hujusmodi
contractuum circumstantiæ,
fol. 111. n. 5.

Ex venditione in gratiam em-
ptoris facta poterit aliquid ex-
igi ob lucrum cessans, fol. 111.
n. 6. si venditio sit vera causa

lucri cessantis. fol. 112. n. 7.

Non tamen totum lucrum ces-
sans. fol. 113. n. 8.

Erit tamen de hoc monendus
emptor. fol. 113. n. 9.

Nihil tamen, ut jam nunc solven-
dum poterit exigi. fol. 113.
n. 10.

Minori tamen sumâ dilata solu-
tio poterit redimi. fol. 114. n. 11.

Creditô ementibus non licet res
cariùs vendere. fol. 114. n. 12.

Num seipsum ad vendendum
offerens id ipsum possit exi-
gere. fol. 114. n. 14.

Quid liceat volenti magis nunc
rem vendere, quam conser-
vare imposterum, fol. 115.
n. 14.

Quandonam ob periculum non
acquirendi lucrum speratum,
aut ob metum amittendi mer-
cem aliquid deducendum sit?
fol. 115. n. 15.

An ob laborem in conservanda,
& postmodum distrahenda
merce subeundum? fol. 116.
n. 16.

Merx,

Vitiorum genera in mercibus in-
veniuntur tria. fol. 101. n. 1.

Vitia extrinseca non sunt neces-
sariò indicanda. fol. 101. n. 5.

Communis aestimatio est semper
regula valoris, fol. 102. n. 6.

C c c c

Futu-

Futura mercium vitia non sunt
manifestanda. fol. 102. n. 7.

& 9.

Ignorantia primum futuræ dimi-
nutionis non reddit contra-
ctum invalidum. fol. 102. n. 10

Nec talis venditor peccat con-
tra charitatem. fol. 103. n. 11.

In quibusdam tamen circum-
stantiis etiam futura vitia sunt
manifestanda. fol. 104. n. 18.

Subinde vitia etiam non substan-
tialia sunt manifestanda. fol.
104. n. 18.

Habitualiter tantum non volen-
ti emere vitiosam mercem
contractus non est invalidus.
fol. 105. n. 22.

Venditor ignarus vitii non tene-
tur ad damna postmodum e-
venientia. fol. 106. n. 24.

Quid si post jam initum contra-
ctum oriatur vitium? fol. 106.
n. 26.

Quid si emptor periculum sibi
ignoti vitii in se non suscepe-
rit? fol. 106. n. 26.

An sola 4. *Haubt-Mengel* e-
quorum sint manifestanda?
fol. 107. n. 28.

Quid si venditor quantitatem
conventam minorem dederit?
fol. 107. n. 29.

Missa.

An eodem sacro possint duæ a-
nimæ liberari? Vide *Indul-
gentia*.

De Missa per modum suffragii
defuncto applicatâ. fol. 549.
n. 1.

Possunt fideles ad solutionem
pœnæ temporalis se invicem
juvare. fol. 549. n. 2.

Quid nomine suffragii intelliga-
tur? n. 2.

Qualiter Indulgentiæ defunctis
sint applicandæ? fol. 551. n. 5.

Qualis Missa sit legenda? fol. 551.
n. 6.

Probabilius Sacrificium est de-
functo applicandum. fol. 552.
n. 8.

Quale privilegium Societati Gre-
gorius XIII. in hac materia
concesserit? fol. 552. n. 11.

Quid sub nomine commemora-
tionis veniat? fol. 550. n. 11.

An hæc commemoratio pro de-
functo sit etiam facienda in
duplicibus? fol. 550. n. 12.

Num etiam Communio sit pro
anima offerenda, ut illa libe-
retur per Indulgentias men-
struas? n. 11.

Mo.

Monasterium.

- Num Monasterium ex facto sui Religiosi, cui administratio quædam comissa, & observata fuerit, obligetur? fol. 208. n. 10. 11.
- Ex delicto ipsius Prælati non tenetur Monasterium, si nullus hujus conscius fuerit, nec utilitas ulla in illum pervenerit. fol. 206. n. 14.
- Utrum Ordinarius dispensans in jejunio intendat etiã dispensare in illo cum Religiosis. fol. 280. n. 1.
- Episcopo ordinãti qualiter ordinandus debeat esse subditus? fol. 329 n. 1 & 2.
- Quinam ratione originis Episcopo sint subiecti? fol. 329. n. 2.
- An carens subiectione originis & domicilii à quocunque Diocesano ordinari possit? fol. 332. n. 12. &c.
- Quænam ad validam vagorum ordinationem sint necessaria? fol. 334. n. 17.
- Non potest quis ordinari ab Ordinario loci, in quo per accidens est natus. fol. 334. n. 18.
- Bene autem ab Ordinario loci,

in quo taliter nati parens est natus. fol. 334. n. 19.

Possessio.

- Quamdiu bonæ fidei possessori non est evidenter probatum, quòd res non sit sua, manebit bonæ fidei possessor? fol. 36. n. 14.
- In dubio speculativo res possessa alienari poterit fol. 36. n. 15.
- Durante investigatione in dominum non licet possessori re sua consumptibili uti. fol. 38. n. 17.
- Quid, & quotuplex sit possessio? fol. 40 n. 15.
- Quomodo adminiculo animi fiat possessio? fol. 42. n. 7.
- Et adminiculo Juris? fol. 42. n. 8.
- Quomodo animus retinendi rem semper ut suam sit probandus? fol. 45. n. 12.
- Quomodo possessio ultra decem annos probetur? fol. 45 n. 15.
- Bona fides etiam ad possessionem rerum incorporearum est necessaria. fol. 46. n. 17.
- Quomodo hoc fiat? fol. 46. n. 18.
- Ob solas rationes rationes probabi-

babiles nemo à sua possessione
est deiciendus. fol. 159. n.3.

Pretium.

Natura, & validi contractus con-
ditiones. fol. 118. n. 1. & 2.

Pretium debet esse justum, lega-
le, vel commune. fol. 118. n. 3.

Merces obtrusæ vilescunt. fol.
119. n. 4.

Error substantialis irritat con-
tractum. fol. 119. n. 5.

Merces raræ, peregrinæ non
venduntur quocunque pretio.
fol. 119. n. 6.

Res solum est tanti, quanti licitè
vendi potest. fol. 120. n. 8.

In quo sensu sit quilibet suarum
rerum moderator? fol. 131.
n. 9.

Contrahentes intra limites justii
pretii se possunt invicem cir-
cumvenire. fol. 122. n. 10.

Non censetur donare excessum,
qui rem plus valore emit, seu
solvit. fol. 122. n. 12.

Contractus est obligatio circa æ-
qualitatem mercis, & pretii.
fol. 122. n. 13.

Rerum pretium ex prudenti in-
telligentium rei æstimabilita-
te desumitur. fol. 123. n. 14.

Præscriptio.

Parit in foro externo exceptio-
nem peremptoriam. fol. 3.
n. 2.

Transfert dominium in utroque
foro. fol. 3. n. 4.

Et quidem absolutè. fol. 8. n. 15.

Tam mobilium, quàm immo-
bilium. fol. 9. n. 18.

Qualis bona fides toto possessio-
nis tempore sit necessaria? fol.
11. n. 2. & fol. 12. n. 5. & 6.

Etiã ad præscriptionem actio-
num & obligationum? fol. 13.
n. 7.

Sola fides Theologicè mortalis
obest præscriptioni. fol. 19.
n. 11.

Non potest dubius incipere pos-
sessionem. fol. 19. n. 12.

Sine fide bona non potest for-
mari dictamen ultimum. fol.
19. n. 13.

Quamdiu ignoratur, rem esse a-
lienam, possessio bonæ fidei
continuatur. fol. 19. n. 20.

Quenam bona fides ad incho-
andam præscriptionem sit ne-
cessaria? fol. 22. n. 4. & fol.
24. n. 5.

Quando non occurrit rei alienæ
sci-

Elenchus Rerum, & Verborum.

- scientia continuari, non tamen inchoari potest possessio. fol. 22. n. 11.
- An inter bonam & malam fidem detur medium? fol. 27. n. 12.
- In quo constet bona fides propriè talis? fol. 28.
- Superveniente dubio investigandus est verus Dominus. fol. 30. n. 1.
- Tam in inchoatione, quàm in continuatione requiritur aliqua bona fides.
- In dubio sine resolutione de licentia possessionis continuandæ cessavit præscriptio. fol. 31. n. 3.
- Possessor malæ fidei evasit, qui investigare dominum, quando hic invenire poterat, omisit. fol. 31. n. 4.
- Ad semel inceptam præscriptionem continuandam sufficit bona fides negativè talis. fol. 31. n. 5.
- Fides alia est positivè, alia negativè bona. fol. 31. n. 12.
- In dubio negativo alienari res possessa poterit. fol. 36. n. 15.
- Colonus non præscribit, quia non suo nomine rem possidet. fol. 42. n. 9.
- Mala fides vendentis non obest emptori bonæ fidei. fol. 46. n. 16.
- Præscriptio sine bona fide positivè tali non valet. fol. 49. n. 1.
- Bona fides alia est ex ignorantia Juris, alia ex ignorantia facti. fol. 49. n. 3.
- Error alius est justus, alius injustus, alius justissimus. fol. 50. n. 4.
- Non tantùm de culpabili ignorantia Juris certi loquuntur Jura. fol. 53. n. 12.
- Quænam ignorantia Juris certi militibus, & minorennibus non obstat, bene autem rusticis, & fæminis? fol. 54. n. 13.
- Invincibilis Juris certi ignorantia non obstat præscriptioni extraordinariæ. fol. 55. n. 15.
- Ignorantia Juris certi etiam in foro interno præscriptioni obest. fol. 56. n. 17.
- Invincibilis Juris ignorantia excusat quoad damna, non autem quoad lucrum. fol. 57. n. 20.
- Præscriptio immemorialis habet pro titulo ipsum tempus longissimum. fol. 60. n. 25.

Reus.

Ut reus puniatur, de mala ipsius fide debet constare, fol. 200. n. 1.

Sepultura.

Quidnam circa excommunicatos sit observandum? fol. 457. n. 3.

Cum quibus excommunicatis licite in rebus politicis communicetur? fol. 458. n. 4.

Quid de Communicatione in divinis? fol. 458. n. 5.

Funus A catholici comitans nullam incurrit censuram. fol. 459. n. 8. 9.

Quinam à sepultura Ecclesiastica excludantur? fol. 465. n. 17.

Quid circa excommunicatos non vitandos in sepultura sit tenendum? fol. 465. n. 18.

Excommunicatus etiam toleratus, & impœnitens non potest per se in loco sacro sepeliri. fol. 465. n. 19.

Sepelientes in loco sacro hæreticum notorium, agunt illicite. fol. 465. n. 20.

Nullam tamen excommunicationem incurrunt, **Locus sacer,**

in quo specialiter denunciatus sepultus fuerat, erit reconciliandus. fol. 466. n. 21.

A catholicus, aut alius toleratus, & non denunciatus excommunicatus, non erit effodiendus è loco sacro. fol. 466. n. 22.

Non omnis in mortali notorio decedens est sepulturâ Ecclesiasticâ privandus. fol. 478. n. 24.

Neque ob solam ebrietatem. fol. 478. n. 24.

Neque ob blasphemias in ebrietate prolatas. fol. 479. n. 26.

Simonia.

Gratuita compensatio differt à dono gratuito. fol. 353. n. 15.

Cuilibet beneficio correspondet naturalis gratitudinis æquitas. fol. 354. n. 4.

Absque contractu non datur Simonia. fol. 354. n. 5.

Non est Simonia dare beneficium spe gratitudinis, sine ulla tamen obligatione. fol. 355. n. 6.

Quid, si donum gratuitum alteri collatum fuerit cum intentione illum astringendi ad obligam-

Elenchus Rerum & Verborum.

- gationem antidoralem ante
præstitum spirituale benefi-
cium? fol. 356. n. 7.
- Cum intentione obtinendi n. 8.
- Et quidem donatario intimata.
fol. 357. n. 9.
- Spiritualia sunt gratis, id est, si-
ne obligatione Justitiæ confe-
renda. fol. 359. n. 12.
- Absque Simonia post accepta
spiritualia ex gratitudine dari
temporalia possunt. fol. 359.
n. 13.
- Simoniacum est pactum gratitu-
dinis certo, ac determinato
modo exercendæ. fol. 359.
n. 14.
- Post collatum beneficium pro-
motus absque Simonia Pro-
motori dicit, se gratum futu-
rum. fol. 361. n. 17.
- Neque Simonia commissa, si an-
tea quis dixerit: *ero gratus*,
absque tamen intentione dan-
di temporale pro spirituali. fol.
361. n. 18.
- In quibus circumstantiis hæc
verba: *ero gratus*, Simoniam
inducant. fol. 362. n. 19.
- Absque Simonia duplex gratitu-
do disjunctivè promittitur.
fol. 364 n. 23.
- Ero gratus non significat neces-
sario rem temporalem pro-
missam fuisse. fol. 364 n. 24.
- Solum pactum, quoad plus, quàm
sine illo obligor, est simonia-
cum. fol. 365. n. 26.
- Simoniacum tamen est pactum
ad dandum determinatè tem-
porale pro spirituali. fol. 366.
n. 8.
- Sola pollicitatio rei temporalis
non inducit simoniacam con-
ventionem. fol. 366. n. 30.

Scandalum.

- Circumstantiæ scandalorū sunt
variæ. fol. 491. n. 1. &c.
- Nunquam licet alterum consilio,
aut jussione expressè ad pec-
candum inducere. fol. 491.
n. 6.
- Non licet suadere minus malum,
etsi alter à majore aliter abdu-
ci nequeat. fol. 492. n. 7.
- Licebit tamen volenti patrare
majus malum suadere minus
in majore contentum, ut in-
ferat illi, cui majus inferre
statuerat. fol. 492. n. 8.
- Taliter minus malum inferenti
probabiliter etiam licitè ope-
ra confertur. fol. 492. n. 9.
- Non

- Non tamen consentienti in sui occisionem. fol. 493. n. 10.
Determinato ad furandum uni non possum suadere, ut furetur alteri. fol. 493. n. 11.
Determinato ad committendum majus, probabilius licet materiam minoris peccati proponere. fol. 494. n. 14.
Non paratus efficere minus in majore contentum illicite inducitur ad minus. fol. 494. n. 15.
Volenti surripere pauperi illicite suadetur, ut hanc summam diviti auferat. fol. 496. n. 23.
Proponi tamen huic poterit, convenientius esse, ut furetur diviti. fol. 497. n. 23.
Inducens ad furandum diviti tenetur huic ad restitutionem. fol. 498. n. 27.
- Non tamen in omnibus beneficiis. fol. 385. n. 7.
Pro satisfactione tamen poenae temporalis peccatorum. fol. 386. n. 8. 9.
Peccans fit dignus poenâ per se, vel per alium persolvendâ. fol. 388. n. 13.
Ejusmodi transferens non indecenter se spoliat propria satisfactione. fol. 388. n. 19.
Nec merito suorum operum. fol. 391. n. 20.
Hæc applicatio viventi facta infallibiliter prodest. fol. 391. n. 21.
Satisfactio ex opere operato alicui debita non poterit in alium transferri. fol. 392. n. 23.
Quibus conditionibus instructus esse debeat, ut applicatio viventi prodesse possit? fol. 394. n. 26.

Suffragia.

- Suffragiorum natura, & diversitas explicantur f. 383. n. 1. 2. 3.
Cujuslibet operis boni fructus est triplex. fol. 384. n. 4.
Possunt fideles se mutuò juvare per communicationem suffragiorum. fol. 385. n. 6.
- Non est necessaria acceptatio. fol. 395. n. 28.
- ### De Suffragiis per Indulgentias.
- Constituto in gratia non videtur necessaria Confessio. fol. 524. n. 2.
Sacra

Sacra Communio est necessaria,
quia per se, & non propter aliud,
ut ipsa Confessio, exigitur.
fol. 525. n. 7.

Æquè probabiliter exigitur Confessio.
fol. 526. n. 12.

Utrum omnia opera ad lucrandas
Indulgentias requisita cum certa
intentione sint facienda?
fol. 532. n. 1.

Utrum omnia ista opera sint ordinanda
ad finem determinatum?
fol. 532. n. 2. & 5.

Quid in hoc puncto ad lucrandas
Indulgentias pro defuncto sit
necessarium?
fol. 534. n. 6.

Num Pontifex opus præcedens ad
virtutem satisfaciendi ex opere
operato elevare possit?
fol. 534. n. 7.

Discrimen inter Indulgentias pro
viviis, & pro defunctis exponitur.
fol. 542. n. 5.

Explicatur modus, quo Indulgentia
per modum suffragii defunctis
applicetur.
fol. 544. n. 8.

Venditio.

Solus utriusque contrahentis
consensus contractum empti-

onis perficit. fol. 81. n. 3.

Qui tamen solutione pretii, &
traditione mercis perficitur.
fol. 81. n. 3.

Traditione rei venditæ emptor
dominus evadit. fol. 81. n. 4.

Quæ traditio solet esse diversa.
fol. 82. n. 5.

Quanam ex parte emptoris tradi-
tioni accedere debeant?
fol. 82. n. 7.

Quandonam secunda emptio sit
futura valida? fol. 82. n. 7.

Successivè res in solidum vendita
quandonam posteriori profit?
fol. 83. n. 8.

Rem mala fide à secundo emptam
quandonam primus emptor evincere
possit?
fol. 84. n. 11.

Quanam sit obligatio secundi
emptoris?
fol. 84. n. 12.

Res primo emptori hypothecata
erit eidem tradenda.
fol. 85. n. 13.

Res mensurâ constantes sua
dimensione emptori traduntur.
fol. 85. n. 14.

In quibus circumstantiis venditor
extractum triticum licitè tertio
vendere possit?
fol. 87. n. 20.

Quomodo venditoribus in pre-
D d d d tio

- Actio læsis ipsa Jura succurrant? fol. 90. n. 1. &c.
- Quænam læsio supra dimidium justii pretii sit dicenda? fol. 95. n. 16.
- Quidnam à testibus sit deponendum, ut talis læsio probetur? fol. 95. n. 13.
- Quandonam emptor lædatur ultra dimidium pretii? fol. 95. n. 16.
- Æstimatio læsionis est à pretio desumenda. fol. 95. n. 17.
- Per se non datur actio læsis infra dimidium. fol. 96. n. 19.
- In quibus tamen casibus illa datur? fol. 96. n. 19. 20.
- Qualis actio taliter læso competat? fol. 98. n. 27. 28.
- Talis venditio non rescindatur ordinariè. fol. 99. n. 29.
- Sed læsus emptor rescissionem, vel supplementum defectûs eligere poterit. fol. 99. n. 30.
- Solo consensu contrahentium absque traditione non transfertur dominium. fol. 126. n. 2.
- Venditor nihil sibi retinere poterit pro traditione mercis. fol. 131. n. 16.
- Neque pro acceleratione traditionis ante solutionem pretii. fol. 131. n. 17.
- Neque pro libera facultate fruendi re ante factam solutionem emptori tradita. fol. 132. n. 18.
- Ob intermedium rei venditæ incrementum non potest venditor sibi aliquid retinere. fol. 133. n. 21.
- Neque in compensatione usurarum ex dilato pretio. fol. 133. n. 22.
- Ob dilatam solutionem venditori duntaxat compensanda erit dilatio, quantum hujus interest. fol. 133. n. 23.

Vicarius.

- Divisio beneficiorum est varia. fol. 307. n. 3.
- Regularia ex sua natura sunt manualia: sæcularia verò perpetua. fol. 308. n. 5.
- Qualis Parochia Conventui unita Vicarium manualementem admittat? fol. 308. n. 8.
- Hæc unio qualiter sit probanda? fol. 309. n. 10.
- Manuale beneficium ad voluntatem conferentis revocari potest.

poterit. fol. 310. n. 12.
 Taliter amotus non potest im-
 plorare iudicis officium. fol.

311. n. 15.
 Amotio tamen sine causa erit il-
 licita. fol. 312. n. 18.

Quænam causæ ad amotionem
 erunt rationabiles? fol. 312.
 n. 19.

Ex quibus circumstantiis malitia
 revocantis sit desumenda. fol.
 313. n. 21.

Afferuntur rationes pro Vicario
 perpetuo constituendo. fol.
 318. n. 22.

In quibus casibus & circumstan-
 tiis Prælati, aut Abbatis Vicari-
 um perpetuum teneantur
 constituere? fol. 320. n. 8.

Temporalium Vicariorum no-
 minatio ad Prælatum, exa-
 men autem & approbatio ad
 Episcopum pertinent. fol.
 323. n. 18.

Votum.

In dubio de voventis intentione
 rei promissæ materia erit con-
 sideranda. fol. 120. n. 1.

Plura distincta possunt diversis
 modis promitti. fol. 121. n. 4.

Qualiter unica comestio, & ab-

stinencia à carne promissæ fu-
 erint, est attendendum. fol.
 121. n. 5. & 6.

Comesta semel carne etiam cul-
 pabiliter, ad ulteriorem absti-
 nentiam à carne non datur
 amplius ulla obligatio. fol.
 121. n. 7. 8. 9.

Vovens pro nulla parte diei se
 bibiturum vinum, ab hoc
 tenetur abstinere, licet jam
 semel illud biberit. fol. 224.
 n. 11.

Vovens jejunium in pane, & a-
 qua communiter hanc absti-
 nentiam tantum accessorie
 promittit. fol. 227. n. 18.

Idem de peregrinatione nudis
 pedibus instituenda est dicen-
 dum. fol. 228. n. 19.

Jejunium à communitate pro-
 missum quandonam etiam
 alios à jejunio Ecclesiastico a-
 lias exemptos obliget? fol.
 223. n. 17.

Bis comedens carnes die esuriali,
 non absolvitur ab ulteriore
 carniū abstinentia. fol. 227.
 n. 16.

Quænam circa rem promissam
 mutatio voventem deobliget?
 fol. 239. n. 4.

D d d d 2. Ver-

- Verba voti non satis clara juxta praxin Ecclesiæ sunt explicanda. fol. 243. n. 9.
- Obligatio voti non est restringenda contra proprium, & communem verborum sensum. fol. 241. n. 7.
- Promissum certo die jejunium cur subinde anticipari possit? fol. 245. n. 12.
- Vovens quolibet anno jejunare 20. Julii, si hic in diem Dominicum incidat, probabiliter non est excusatus. fol. 245. n. 13.
- Circumstantiæ ad essentiam rei promissæ spectanter, si notabiliter mutantur, tollunt obligationem. fol. 246. n. 19.
- Usura.**
- Promissio ad solvendas usuras secluso juramento est certè nulla. fol. 169. n. 1.
- Ad illas tamen præstandas factum juramentum obligat. fol. 169. n. 2.
- Quas tamen quis statim poterit repetere. fol. 170. n. 3.
- Non potest judex ad solvendas usuras jurantem compellere. fol. 171. n. 7.
- Sed ipse Titius, ut usuras remittat. fol. 171. n. 8.
- Jurans se non repetiturum usuras, non poterit istas repetere. fol. 171. n. 9.
- Denuntiare tamen Prælato poterit, ut juramentum remittatur. fol. 172. n. 10.
- Nullum est juramentum, quod omissionem repetendarum usurarum promittit. fol. 172. n. 11.
- Quandonam corruente principali etiam accessorium corruat? fol. 172. n. 12.
- Juramentum non est accessorium promissioni, sed assertioni de futuro. fol. 173. n. 13.
- Qualis distantia datur inter Juramentum, & simplicem promissionem? fol. 174. n. 13.
- Solutio usuræ, præscindens à necessaria, vel ultrò oblatâ, est indifferens. fol. 177. n. 28.
- Accipiens usuras non potest has retinere, licet alter teneatur solvere. fol. 179. n. 30.
- Hæc solvendi usuras obligatio datur, licet nulla necessitas exigendi mutuum adfuerit. fol. 179. n. 31.
- Solutio usuræ non est solutio debiti, sed donatio indebiti. fol. 175. n. 19.

F I N I S.